

DAgroyan regnum est per se regem & loquelam habens gentes ipsius siluestres sunt & adorant ydola. & appellantur per magnum can. Et narabimus *adorant ydola* uobis horendam consuetudinem quam obseruant. cum enim eorum aliquis in aliquam egritudinem incidat. mititur per consanguineis & magis quos magos perscrutari & uidere faciunt/ utrum eger debeat liberari. Et isti magi/ *vtrum eger debeat l[iber-* propter eorum ueneficia artem dyabolicam & ydola dicunt se scire & cognoscere *ari]* uel non & si in utrum liberari debeat eger uel mori & non credatis quod quia dicitur per artem *en[iunt]* mori debere suf diabolicam sic esse demonstrent ymo dicunt quod uirtute deorum mediante arte *[ocant]* ipsum. sua. Et si dicant ipsum egrum debere mori. consanguinei infirmi tunc mitunt pro quibusdam hominibus ad hoc specialiter deputatis qui obturantes os infirmi qui moriturus est/ ipsum sufocant & occidunt & cum mortuus est faciunt ipsum coqui & eius consanguinei simul in caritate epulantur. ipsum coctum integraliter comedentes. uidelicet & medulas in ossibus existentes. ita quod substantia aliqua in ipso non resideat. na[m] si substantia aliqua remaneret illa procrearet uermes. & uermes deficiente esca morirentur. & de obitu istorum uermium dicunt ipsi quod anima defuncti peccatum magnum haberet. videlicet quod tot anime ex substantia sua orte perirent & ideo ipsum totum comedunt. Et cum| ipsum comedenterint in toto accipientes ossa in quamdam pulcrum archam paruam ipsa reponunt. quam archam taliter in montium cauernis appendunt ad saxa. quod aliqua mala res illuc non ualet attingere. Et etiam si possunt aliquem hominem capere qui de eorum patria non sit & se redimere non possit. ipsum occidunt & comedunt :/

/Hic narratur de Regno lambri :/

Lambri est quoddam regnum regem habens & loquelam per se. gentes ipsius adorant ydolla. & appellantur pro magno can. berci habent in magna *adorant ydola* quantitate. & camphoram & multas alias species. berci quidem serunt. & quando natus est in paruis uirgis euellunt & plantant in alio loco ubi per tres anos dimitunt. Et postmodum cum omnibus radicibus euelunt. Et dominus marcus de seminibus illis veneciam portauit. & seruit in terram. & nichil ortum est & hoc accidit ex frigiditate loci. sunt etiam in hoc regno homines habentes *homines habentes caudam* caudas longas pluri uno palmo. set non sunt pilose. & pro maiori parte sunt illi homines ita facti. isti tales homines permanent extra ciuitates in montibus. caude uero grose sunt ueluti caude canum. vnicornua habent etiam in magna quantitate. habent & uenationes & aucupationes multas :—

/Hic narratur de regno fansur :—

Fansur est Regnum & regem habet. cuius gentes adorant ydola. appellantur *adorat ydola* per magnum can. & sunt de hac insula supradicta In isto regno nascitur melior canphora que ualeat inueniri. que nuncupatur camphora fansur. &